when thoſe Fumes were paſs'd, and the *Receiver* grew clear, they were after a while ſucceeded by another ſort that ſeem'd in the *Receiver* to give a faint blewiſh Light, almoſt like that of little burning Matches dipt in Sulphur. And laſt of all, the Fire being very vehement, there paſs'd over another Subſtance, that was judg'd more ponderous than the former, becauſe it fell through the Water to the bottom of the *Receiver*; whence being taken out, (and partly even whilſt it ſtay'd there, it) appeared by ſeveral Effects, and other *Phænomena*, to be ſuch a kind of Subſtance as we deſired and expected.

II. *Problema* Florentinum, *de mira Templi Teſtudine Quadrabili. A Doctiſſimo Dno. Johanne Wallis, S. T. D. Solutum.*

LIbet hic ſubjungere, Problema quoddam (interventu Clariſſimi Viri *D. Guilielmi Bridgman*) ad me tranſmiſſum, de mira cujuſdam Templi Teſtudine Quadrabili, meamque ejuſdem Solutionem, cum ſubjuncto Scholio eam explicante.

D. *Guilielmi Bridgman* ad me Epiſtola, erat (Latine reddita) ad hunc ſenſum;

Reverendo Viro, D. Wallis *S. T. D. Geometriæ Profeſſori,* Oxonii.

Auguſti 30. 1692.

Incluſam chartulam (Reverende Vir) Florentia *mihi miſſam, ut ad te deferatur (de qua ſententiam tuam expetunt*

tunt) cum his accipies. Cui ſi tibi viſum fuerit reſponſa aliquid reponere, id ego curabo Florentiam *remittendum.*

Tuus ad officia,

Guilielmus Bridgeman.

Incluſa chartula, hæc erat.

Die 4. *April.* 1692.

" ÆNIGMA GEOMETRICUM
" DE MIRO OPIFICIO TESTUDINIS
" QUADRABILIS HEMISPHÆRICÆ
" A
" D. PIO LISCI PUSILLO GEOMETRA

" Propoſitum.

" *Cujus Divinatio, à ſecretis Artibus Illuſtrium Ana-*
" *lyſtarum vigentis ævi expectatur, quod, in Geometriæ*
" *pura hiſtoria tantummodo verſatus, ad tam recondita*
" *videatur invalidus.*

" INter venerabilia eruditæ olim Græciæ monumen-
" ta, extat adhuc, perpetuo equidem duraturum,
" Templum auguſtiſſimum, ichnographia Circulari,
" ALMÆ GEOMETRIÆ dicatum, quod, à Teſtudine
" intus perfecte hemiſphærica, operitur: ſed in hac,
" feneſtrarum quatuor æquales areæ (circum, & ſupra
" baſim hemiſphæræ ipſius diſpoſitarum) tali configura-
" tione, amplitudine, tantaque induſtria, ac ingenii acu-
" mine ſunt extructæ, ut, his detractis, ſuperſtes curva
" Teſtudinis ſuperficies, pretioſo opere muſivo ornata,
" Tetragoniſmi verè Geometrici eſt capax.

" Quæritur modo, quæ ſit, qua methodo, quave
" arte, pars illa hemiſphæricæ ſuperficiei curvæ quadra-
" bilis,

" bilis, tenſæ ad inſtar Carbaſi, vel turgidi Veli nautici,
" ab Architecto illo Geometra fuerit aſſecuta ? & cui de-
" mum plano geometrice quadribili ſit æqualis.

" PRæſentis Ænigmatis enodatio (quod ſpectat ad
" hujus admirabilis Fornicis, tum Conſtructio-
" nem expeditiſſimam, tum Quadraturam) SERENIS-
" SIMO FERDINANDO MAGNO PRINCIPI ETRU-
" RIÆ, Scientiarum, & nobiliorum Artium CULTO-
" RI, ac PATRONO GENEROSISSIMO, ab eodem
" Ænigmatiſta collata jam eſt; qui quidem ſimul non
" dubitat quin hoc ipſum Ænigma à ſingulis, literario in
" Orbe degentibus hodie, præclariſſimis Analyſtis, ſit
" ſtatim divinaturum, proprias quadrationes impertien-
" do ſingularis Teſtudinis hujus tetragoniſmicæ ac hemi-
" ſpæra diſſectæ : ſed ipſorum ſolummodo peracutas
" indagines, multipliceſque induſtrias ad hoc unum, i-
" demque Geometricum collimantes, impatientur expe-
" ctat, ut hinc, qui temere contumelias in Geometriam
" jacere audent, ſilere diſcant ; vel potius maxima cum
" voce exclament. OH UNICA VERORUM SCIS-
" CITABILIUM SCIENTIA à DIVINA in Hominem
" MENTE infuſa,ut hæc, imperviis, mutabilibus, fallaci-
" buſque contemptis, æterna iſta, quæ ſemper, & uni-
" cuique ſunt eadem, tantum appetat, nilque aliud un-
" quam magis innocuum ſcire perquirat.

Cui ſic reſponſum eſt.

Clariſſimo